Notes du mont Royal
www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

75. M 43

ABI MOHAMMED ALCASIM

VULGO DICTI

HARIRI

ELOQUENTIÆ ARABICÆ PRINCIPIS
QINQUAGESIMUS CONSESSUS

BASRENSIS

E CODICE MANUSCRIPTO
BIBLIOTHECÆ BODLEIANÆ
LATINE CONVERSUS

A

JOH. URY.

ACCEDUNT
DIALOGI PERSICO-ANGLICI.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO-CLARENDONIANO.
MDCCLXXIV.

ABI MOHAMMED ELCASEM

BASRENSIS

VULGO DICTI

HARIRI

ORATIO IN LAUDEM BASRÆ

ARABICE ET LATINE.

المقامة الخمسون

البصرية

حكي الحارث بن همام قال اشعرت في بعض
الايام هما برح بي استعارة ولاح علي شعارة وكنت
سمعت ان ¹ غشيان مجالس الذكر يسرو ² غواشي الفكر
فلم ار لاطفا ما بي من الجمرة الا قصد الجامع
بالبصرة وكان ان ذاك ماهول المساند مشفوه الموارد
تجتني من رياضة ازاهير الكلام ويسمع في ارجائة صرير
الاقلام فانطلقت اليه غير وان ولا لاو علي شان فلما
وطيت حصاة واستشرفت اقصاة تراي لي ذو اطمار
بالية فوق صخرة عالية وقد عصبت به عصبة لا تحصي
عديدهم ³ ولا ينادي وليدهم فابتدرت قصده وتوردت
ورده ورجوت ان اجد شفاي عنده ولم ازل اتنقل في
المراكز واغضي اللاكز والواكز الي ان جلست تجاهه

1 غشيان *adventus, accessus, congressus.*

2 غواشي *res supervenientes, obtegentes, obruentes:* غواشي الفكر *phantasmata animi nociva, quæcunque animum opprimunt anguntve.*

3 ولا ينادي وليدهم *et non vocabatur* aut *increpabatur eorum puer:* hoc eſt, non erat inter eos puer, qui vel vocandus fuiſſet, vel increpandus, quia omnes erant ætate graves. Adhibetur proverbialiter et de negotio grandi, dici enim ſolet: هذا امر لا ينادي وليده *negotium eſt hoc cujus non vocatur puer:*

CONSESSUS QUINQUAGESIMUS

BASRENSIS.

RETULIT Harith Ben Hemmam, inquiens. Indutus die quodam fui triſtitia, cujus me flagrantia effligebat, et cujus ſuper me nota elucebat. Fama interim acceperam, acceſſum ad Conventus ſacros, diſcutere animi anxietates. Unde nil a me, ad prunam, quæ mihi infuit, extinguendam, viſum, niſi profectio ad Templum Synagogicum Baſræ. Habebat autem, iſthoc tempore, ſedilia hominibus affluentia, et aquaria potoribus abundantia: ex hortis ejus flores carpebantur ſermonum, et in oris ejus ſtridores audiebantur calamorum. Diſceſſi itaque ad illud haud cunctans, nec ad quicquam deflectens. Mox, ubi glareas calcaſſem ejus, et extremum circumſpexiſſem ejus, comparuit mihi nonnemo veſtes habens tritas, ſuper ſaxo celſo, et quidem globo cinctus virorum, quorum nec numerus poterat iniri, nec compellari gnatus. Ad ipſum igitur gradum acceleravi, et umbram ejus intravi, ſperans nempe, meum me apud eum remedium inventurum: neque deſtiti in interiora me agere, quin pectus et mentum tundentes patienter ferebam, uſque dum ſederem ex adverſo ejus,

id eſt, ad quod peragendum, non pueri, ſed homines ætate provecti, ſunt vocandi.

4 ورد propr. *locus quem homines aquæ ergo petunt:* hic, *locus quem homines doctrinæ ergo petunt;* ſcilicet *umbra* in qua ad populum ſermo fit.

وحين امنت اشتباهه فاذا هو شيخنا السروجي لا ريب
فيه ولا لبس يخفيه فسري بمراه همي [5] وارفضت كتيبة
غمي وحين رادني وبصر بمكاني قال يا اهل البصرة
رعاكم الله ووقاكم وقوي تقاكم فما اضوع [6] رياكم
وافضل مزاياكم بلدكم اوفي البلاد طهرة وازكاها فطرة
وافسحها [7] رقعة وامرعها نجعة واقومها قبلة واوسعها دجلة
واكثرها نهرا ونخلة واحسنها تفصيلا وجملة دهليز البلد
الحرام وقبالة الباب والمقام واحد جناحي الدنيا والمصر
الموسس علي التقوي لم يتدنس ببيوت النيران ولا طيف
فيه بالاوثان ولا سجد علي اديمه لغير الرحمان ذو
المشاهد المشهودة والمساجد المقصودة والمعالم المشهورة والمقابر
المزورة والاثار المحمودة والخطط المحدودة به تلتقي الفلك
والركاب والحيتان والضباب والحادي والملاح والقانص
والفلاح والناشب والرامح والسارح والسابح وله اية المد
الفايض والجزر الغايض واما انتم فمن لا يختلف في
خصايصكم [8] اثنان ولا ينكرها ذو شنان دهماوكم اطوع
الرعية لسلطان واشكرهم لاحسان [9] وزاهدكم اورع الخليقة
واخشنهم طريقة علي الحقيقة وعالمكم علامة كل زمان

5 ارفضت præt. f. in IX. *dispersa, dissipata, disgregata fuit, abiit.*

6 ريا fœm. a ريان *potu expleta, succulenta, florida*; substantive, *res odorata, odor.*

7 رقعة *tractus terræ.*

8 اثنان propr. *duo*: hic, *amicus et inimicus.*

9 وزاهدكم ut et sequens عالمكم sing. est pro pl.

idque ita, ut rerer ipſum confuſum iri. Atque ecce! fuit ille Doctor noſter Serugæus, nullam intricationem, nullamque confuſionem, quam occultabat, præ ſe gerens. Tunc, ad conſpectum ejus, triſtitia mea eſt diſcuſſa, et exercitus mœroris mei diſperſus. Et cum vidiſſet me, locumque contemplatus fuiſſet meum, fatus ſic eſt: O cives Baſrenſes, tutetur Deus vos, ac protegat vos, pietatemque veſtram confirmet, profecto quam fragrantiſſimus eſt odor veſter, et excellentiſſimæ ſunt diſpoſitiones veſtræ! Oppidum veſtrum puritate, inter oppida, eſt perfectiſſimum, et forma naturali eminentiſſimum, et tractu ſpatioſiſſimum, et paſtu fœcundiſſimum, et proſpectu orationis directiſſimum, et tigride ampliſſimum, et fluviis palmiſque copioſiſſimum, imo, et partite et univerſe, inter illa pulcherrimum. Veſtibulum eſt Meccæ, atque e regione portæ *Câbæ* et hypopodii *Abrahami* ſitum, inſimul [a] alarum mundi eſt altera. Urbs eſt præterea ſuper pietate fundata, Fanis ignium haud contaminata, in qua neque idola ſunt circumita, neque ullus ſuper ſuperficie ejus, præter verum Numen, adoratus. Conciliis gaudet frequentia ſpectabilibus, et Templis concurſu populorum nobilibus, et monumentis orbi notis, et ſepulchris viſitatione cultis, et operibus celebratis, et fundis cancellatis. Occurrunt in illa naves et cameli, item piſces et lacertæ Libycæ, item camelarius et navita, item venator et agricola, item ſagittifer et haſtifer, nec non paſcens et nans; inſuper fluxus accreſcentis et refluxus decreſcentis habet [b] miraculum. Jam vero quod ad vos, vos ſane eſtis ii, quorum de virtutibus amicus et inimicus non diſſentiunt, neque diffitetur eas oſor: cœtus veſter ſubditorum Sultano eſt obſequentiſſimus, atque, pro protectione, gratiſſimus. Religioſi ſimul veſtri, mor-

[a] Mundus, inſtar avis, duas habet alas, *Baſram* ſcilicet et *Cahiram*: his deſtructis, *reſurrectio* vel adeſt, vel prope eſt.

[b] Mare Baſrenſe, ſive Sinus Perſ. quotidie ad meridiem uſque, intumeſcit, dein, poſt meridiem, detumeſcit.

والحجة في كل اوان ومنكم من استنبط علم النحو
ووضعه والذي ابتدع ميزان الشعر واخترعه وما من
فخر الا ولكم فيه اليد الطولي والقدح المعلي وان شئتم
فانتم احق به واولي ثم انكم اكثر اهل مصر موذنين
واحسنهم في النسك قوانين وبكم اقتدي في
[10] التعريف وعرف [11] التسحير في الشهر الشريف
ولكم اذا قرت المضاجع وهجع الهاجع تذكار يوقظ النايم
ويونس القايم وما ابتسم ثغر فجر ولا بزغ دورة في بر
ولا حر الا ولعادينكم بالاسحار دوي كدوي الريح في البحار
وبهذا صدع عنكم النقل واخبر النبي عليه السلام من
قبل وبين ان دويكم بالاسحار كدوي النحل في القفار
فشرفا لكم ببشارة المصطفي وواها لمصركم وان كان قد عفا
ولم يبق منه الا شفا ثم انه خزن لسانه وخطم بيانه
حتي حدج بالابصار ورقت بالاقصار فتنفس تنفس
من قيد لقود او صبغت به براثن اسد ثم قال
اما انتم يا اهل البصرة فما منكم الا العلم المعروف ومن
له المعرفة والمعروف واما انا فمن عرفني فانا ذاك

10 تعريف Eſt hic : *Hominum peregrinatum non euntium, die iſto, quo in monte Arafat Sacra celebrantur, ad imitandos peregrinatores Meccanos, pomeridiana in Templis congregatio.* Hoc inſtitutum Baſrenſes dicuntur primitus introduxiſſe.

11 تسحير eſt الاكل في السحر *eſus mututinus.* In ſancto menſe ſive *ramadhan*, unus aliquis populum antemane circumit, et tympano parvo, aut ſimili inſtrumento, ad edendum concit.

talium ſunt piiſſimi, atque diſciplina, pro veritate, rigidiſſimi. Docti itidem veſtri, præcellunt eruditione omni tempore, atque argumentum ſunt in omni occaſione. Porro, ex vobis eſt, [c] qui ſcientiam elicuit Grammaticæ, eamque condidit, ut et is, [d] qui trutinam reperit Carminis, eamque peperit; quare nulla datur gloria, quin ſimul longa vobis in ea ſit manus, et [e] ſeptima ſagitta, ac ſi vultis, vos utique ea eſtis digniſſimi, eamque quam maxime promeremini. Deinde, vos longe plures ſacros, quam ullius urbis incolæ, habetis præcones, longeque meliores, quam illi, in cultu divino, canones; idcirco, veſtrum refertur, in Araphatica congregatione, inſtitutum, et inde cognoſcitur matutinus, in ſancto menſe, eſus. Præterea, dum conquieſcunt [f] lecti, et dormit quis, vos lectioni vacatis Alcorani, quæ ſomno conſopitum excitat, et erectum invitat. Cæterum, nunquam os reniduit auroræ, neque lux ejus eſt, ſive hyeme ſive æſtate, orta, quin et veſtra ad publicas preces convocatio, in antelucanis temporibus, ſuſurrum ediderit, ad inſtar ſuſurri, in maribus, venti. Atque Traditio, hoc de vobis, palam profitetur, namque, ſanctiſſimæ memoriæ Propheta, annunciavit ante, et declaravit, veſtrum, in antelucanis temporibus, ſuſurrum, perinde fore, ac apum eſt, in deſertis, ſuſurrus. O vos itaque læto [g] Muſtaphæ nuncio condecoratos! et o beatam Urbem veſtram, etiamſi obliterata jam eſſet, et non reſtaret de ea, niſi pauxillum! Hic, linguam utique ille ſuam, refrenavit, et eloquentiam ſuam ita capiſtravit, ut intentis invicem monſtraretur oculis, atque putaretur defeciſſe. At, poſtquam reſpiravit, prout qui ducitur ad talionem, vel quem ungues

[c] Intelligitur *Saibuiah.*

[d] Intelligitur *Khalil ebn Ahmed.*

[e] *Septima* in aleatorio ludo *ſagitta* pars eſt princeps: hinc vocatur معلي *eminens.*

[f] H.e. homines in lectis. *Continens* pro *contento.*

[g] Scilicet *Mohammedis.*

وشــر المــعــارف مــن اذاك ومن لــم يثبت عرفتي
فساصدقه صفتي انــا الــذي انجد واتهم وايمن واشام
واصحر وابحر وادلج واسحر [12] نشات بسروج وربيت على
السروج ثم ولجـت المضايق وفتحت المغالـق وشهدت
المــعــارك والنت العرايــك واقتدت الشوامس وارغمت
المعاطس واذبت الجوامد وامعت الجلامد سـلوا عــنــي
المشارق والمغــارب والمناسم والغــوارب والمحافل والجحافل
والقبايل والقنابل واستوضحوني من نقلة الاخبار ورواة
الاسمار وحداة الركبان وحذاق الكهان لتعلموا كـم فـج
سلكت وحجــاب هتكت ومهلكة اقتحمت وملحمة الحمت
وكـم الــبــاب خدعت وبدع ابتدعت وفرص اختلست
واسد افترست وكم محلق غادرته لقى و كامن استخرجته
بالرقى وحجــر ســحــرته حتى انصدع واستنبطت ولا
بالخدع ولكن فرط مــا فرط [13] والغصن رطيب والفود
غربيب وبــرد الشباب قشيب فامــا الان وقـد استشن
الادم وتـاود الـقـويم واستنار الليل البهيم فليس الا
الندم ان نفع وترقيع الخرق الـذي قـد اتسع وكنت

12 سروج Oppidum Meſopotamiæ, a Græcis, ſub Omaro, Mohammedanis deditum.

13 وَ valet hic : *tunc*, et فود *caput.*

leonini correptum tenent, respirat, sic aliquando erupit. Quantum ad vos, o habitatores Basræ! vestrum utique quisque nonnisi mons est inclytus, literatus videlicet et beneficus. Ac quoad me, iis quidem qui norunt me, ego certe sum, [g] et *bonus* ille, et pessimus vultuum, qui vos lædit: qui autem certa mei carent notitia, his, en quis sim, indicabo. Ego is sum, qui Nagjdum peragravit, et Tehamam concursavit, et Yemanum permeavit, et Syriam pererravit, et deserta lustravit, et æquora navigavit, et qui, inclinante se sole, et aperiente se die, in via fuit. Natus sum in Serugj, et [h] educatus super ephippiis. Porro, loca angusta penetravi, et feras reclusi, quin in campos pugnæ descendi, et feros emollivi mores, et sternaces edomui equos, et altos depressi nasos, et congelata liquefeci, et saxa in fluxum redegi. Interrogate de me orientales plagas et occidentales, atque pedum camelinorum plantas et gibborum vertices, atque concilia et exercitus, atque tribus et agmina equina; requirite me ex rerum gestarum scriptoribus, et confabulationum nocturnarum relatoribus, et modulantibus camelis inequitantium agasonibus, et astrologorum acutissimis: ut sciatis, quot vias calcavi, et vela rupi, et pericula subii, et pugnas concivi, atque quot ingenia circumveni, et hæreses genui, et occasiones arripui, et leones cepi; itemque quot fuere summe elati, quos dejectos reliqui, et latentes, quos præstigiis eduxi, et lapides, quos excantavi ita ut finderentur, quorumque laticem artificiis expressi. At præteriere tamen quæ præteriere, ramus eram tunc tener, et caput corvi instar nigrum, et vestis juventæ nova: versa nunc sunt cuncta, quippe

[g] H. e. aliqui me videndo lætantur, aliqui tristantur, illis *vultus meus est bonus*, quia illos exhilarat; his *pessimus*, quia hos lædit.

[h] H. e. a pueritia *equitavi* ad hoc tempus usque.

رويت في الاثار المسندة والاخبار المعتمدة ان لكم من الله تعالي في كل يوم نظرة وان سلاح الناس كلهم الحديد وسلاحكم الادعية فقصدتكم اذضي الرواحل واطوي المراحل حتي قمت هذا المقام فيكم * ولا منن لي عليكم ان ما سعيت الا في حاجتي ولا تعبت الا لراحتي ولست ابغي اعطيتكم بل استدعي ادعيتكم ولا اسالكم اموالكم بل استنزل سوالكم فادعوا الله تعالي بتوفيقي للمتاب والاعداد للماب فانه رفيع الدرجات *مجيب الدعوات وهو الذي يقبل التوبة عن عباده ويعفوا عن السيات ثم انشد

ولا منن * لي عليكم
ad verbum: *et non est obligatio mihi super vos.*

استغفر الله من ذنوب افرطت فيهن
واعتديت *

كم خضت بحر الضلال جهلا ورحت في الغي
واغتديت *

وكم اطعت الهوي اغترارا واحتلت واغتلت
وافتريت *

cutis est corrugata, et statura incurvata, et [i] nox atra evasit candida; quapropter nihil restat, nisi pœnitentia, si profuerit, et fissuræ, quæ dilatata jam est, reparatio. Cumque mihi in Traditionibus authenticis, et historiis fide dignis, relatum est, vos a Deo O. M. unum quovis die [k] aspectum habere, atque arma omnium mortalium ferrum esse, arma vero vestra preces: recta ad vos contendi, jumenta vectaria emacians, et stationes itinerarias contrahens, donec hoc consisterem, inter vos, loco. Nulla tamen mihi obstricti estis gratia, etenim usus festinatione non sum, nisi pro necessitate mea, et molestiam non suscepi, nisi pro quiete mea. Haud ergo expeto munera vestra, sed rogo invocationes vestras, neque posco vos pecunias vestras, sed flagito precationes vestras. Implorate itaque Deum O. M. ut secundet ad resipiscentiam me, et paret ad reditum, ille namque gradus evehere solet, et preces exaudire, quin ille est is, qui pœnitentiam a servis suis accipit, et maleficia remittit. Tum cecinit:

Divinum invoco Numen, ut delicta, in quibus modum excessi, et lineas transii, condonet.

Quoties inscius intravi errorum mare, ambulavique in flagitio, tum vespere, tum mane?

Quoties item deceptus indulsi concupiscentiæ, technasque struxi, et homicidia feci, et mendacia finxi?

[i] H. e. *capilli nigri* facti sunt *albi*.

[k] Deus *duos* habet *aspectus*: unus in *Orientem* et *occidentem* convertitur, alter in *incolas Basræ*.

وكم خلعت العذار ركضا الى المعاصي وما
ونيت *

وكم تناهيت في التخطي الى الخطايا وما
انتهيت *

فليتني كنت قبل هذا نسيا ولم اجن ما
جنيت *

فالموت للمجرمين خير من * المساعي التي
سعيت *

يا رب عفوا فانت اهل للعفو عني وان
عصيت *

مساعي * exponitur per مكاسب quod hic idem ac ذنوب eft.

قال الراوي فطفقت الجماعة تمده بالدعا وهو يقلب
وجهه في السما الى ان دمعت اجفانه وبدا رجفانه
فصاح الله اكبر الله اكبر بانت امارة استجابة وانجابت
غشاوة الاسترابة فجزيتم يا اهل البصيرة جزا من
هدى من الحيرة فلم يبق في الجماعة الا من سر
لسروره ورضخ له بميسوره فقبل عفو برهم واقبل يهرف

Quoties porro † excuſſi capiſtrum, valide currendo ad prævaricationes, et non elangui?

† Id eſt, exuto et Dei et hominum metu, inſtar jumenti capiſtro carentis, graſſatus ſum.

Quoties inſuper ſummum attigi terminum, in graſſando ad peccata, et non abſtinui?

O utinam ego fuiſſem antehac peripſema, ne commiſiſſem ea, quæ commiſi, crimina!

Mors omnino peccatoribus melior eſt, quam hæc, quæ acquiſivi, lucra.

O Domine mi! condona, tu quippe ad mihi condonandum potens es, etſi rebellavi.

Ait narrator. Quando aggreſſus eſt cœtus precibus eum juvare, mox ille, converſa ſua in cœlum facie, ita ut cilia lacrymarentur ejus, et tremor conſpiceretur ejus, exclamavit. Potentiſſimus eſt Deus! potentiſſimus eſt Deus! ſignum exauditionis eſt manifeſtatum, et velum ambiguitatis remotum, quamobrem compenſemini, o incolæ Baſrulæ! prout compenſatur, qui ex eſtu dubitationis educit. Unde nullus in cœtu fuit, niſi qui ipſi adgauderet gaudenti, daretque, pro facultate ſua, aliquid doni. Tunc, accepto inſigni eorum beneficio, procedens, gratias ipſis agebat immortales; demum, degreſſus de ſaxo, littus petebat *fluminis* Baſræ. Ad hoc,

في شكرهم ثم انحدر من الصخرة يوم شاطي البصرة
واعقبته الـي حيث تخالينا وامنا التجسس والتحسس
علينـا فقلت لـه لقـد اغربت في هذه النوبة فمـا رايك
في التـوبة فـقـال اقـسـم بعلام الخفيات وغـفـار
الخطيات ان شـاني لعجـاب وان دعـا قومك لمجـاب
فقلت * زدني افصاحا زادك الله اصلاحا فقال وابيك
لـقـد قمت فيهم مقام المريب الخادع ثم انقلبت بقلب
المنيب الخاشع فطوبـى لمن صفت قلوبهم اليه وويـل
لـمـن باتوا يدعون عليه ثم ودعني وانطلق واودعني
القلق فلم ازل اعاني لاجله الفكر واتشوف الى خبرة
مـا ذكر وكلما استنشيت خبره من الركبان وجوابة
البلدان كنت كمن حاور عجمـا او نادي صخرة
صمـا الي ان لقيت بعد تراخي الامد وتراقي الكمد
ركـبـا قافلين من سفر فقلت لهم هل من مغربة
خبر فقالوا ان عندنا لخبرا [14] اغرب من العنقا واعجب
من نظر [15] الزرقا فسالتهم ايضاح مـا قالوا وان يكيلوا
لي ما اكتالوا فحكوا انهم الموا بسروج بعد ان فارقها

* زدنـي افـصـاحـا ad verbum : *auge me evidentia.*

14 هذا اغرب من العنقا *hoc magis peregrinum est quam gryphus.* Adhibetur istuc proverbium de re maxime peregrina, et remotissima.

15 زرقا plenius زرقـا اليمامة

ſecutus eum ſum, uſque dum eramus ſoli, et ad explorandum noſmetipſos exquirendumve, tuti, ac ſic affatus: profecto, hac vice, rem præſtitiſti inſolentem, cum animus tuus in pœnitentia haud eſt. Juro, inſit tum ille, per arcanorum cognitorem, et peccatorum condonatorem, ſtatum ſane meum eſſe mirificum, precatio enim civium tuorum reapſe eſt exaudita. Iterum ego, explica mihi, inquam, mactet te Deus benedictione, mentem tuam clarius. Per *Deum* patris tui, occurrit ille hic, enimvero ſteti inter eos, prout ſtare ſolet ſuſpectus, impoſtor, dein receſſi, corde converſi, pii, præditus. Beatus ergo eſt ille, ad quem eorum corda inclinant: ſed væ illi, contra quem noctem exigunt precantes. Poſt valere me juſſit, atque abiens, tantam mihi inquietudinem injecit, ut non ceſſaverim, magnas in animo moleſtias, propter ipſum, perferre; etenim avebam quam impenſe, de iis, quæ memoravit, certior fieri. Quoties tamen cunque nuncium ejus, ex camelorum inſeſſoribus, et regionum peragratoribus, expetivi: fui velut is, qui alloquitur brutum, aut compellat lapidem durum, donec, poſt longum temporis ſpatium, et ſummum mœroris gradum, equitum quandam, qui ex itinere redibant, turmam offendi. His tum dixi: num habetis quid, ex peregrina terra, nuncii? Nuncium certe, ſubjecere illi, habemus magis peregrinum, quam gryphus, et miratu magis dignum, quam viſus Zarkæ. Ubi vero rogitavi eos, ut dicta explanarent ſua, et eadem mihi menſurarent menſura, qua ipſis menſuratum eſt, reſpondere: quod ipſi in Serugj habitaverunt, poſtquam

Nomen eſt puellæ, quæ res trium dierum itinere diſſitas viderit. Hinc vulgo de eo, qui acutiſſimum habet viſum, dicitur: فلان ابصر من زرقا اليمامة *acutior ille eſt viſu quam Zarka 'lyamâma.*

[16] العلوج فراوا اباريدها المعروف قد لبس الصوف وام
الصفوف وصار بها الزاهد الموصوف فقلت اتعنون ذا
المقامات فقالوا انه الان ذو الكرامات فحفزني اليه
النزاع ورايتها فرصة لا تضاع فارتحلت رحلة المغذ وسرت
نحوه سير المجد حتي حللت بمسجده وقرارة [17] متعبده
فاذا به قد نبذ صحبة اصحابه وانتصب في محرابه
وهو ذو عباءة مخلولة وشملة موصولة فهبته مهابة من
ولج علي الاسود والفيته ممن سيماهم في وجوههم من
اثر السجود ولما فرغ من سبحته حياني بمسبحته
من غير ان نغم بحديث ولا استخبر عن قديم ولا
حديث ثم اقبل علي اوراده وتركني اعجب من
اجتهاده واغبط من يهدي الله من عباده ولم يزل
في قنوت وخشوع وسجود وركوع واخبات وخضوع الي
ان اكمل اقامة الخمس وصار اليوم امس فحينئذ
انكفا بي الي بيته واسهمني من قرصه وزيته
ثم نهض الي مصلاه وتخلي بمناجاة مولاه
حتي اذا التمع الفجر وحق للمتهجد الاجر عقب

16 علوج hoc vocabulo *Græci Christiani* signantur.

17 متعبد In forma unica triplici significandi vi pollens: *adoratus*; *locus et tempus adorandi*; *adoratio*. Illud *particip. pass.* in v; istud *nomen loci et temporis*; hoc vero est مصدر ميمي *inf. litera Mim insignitus*. Omne nomen loci et temporis expimere valet et *actionem*.

illa ab infidelibus Græcis erat derelicta, atque clarissimum ejus || Abuzeidum viderunt, lanam jam induisse, et ordinibus præsedisse, ac religiosum in ea laudatissimum evasisse. Hic ego, num intenditis, inquam, Sermonum academicorum auctorem? Ille revera, reponunt ii, divinis nunc virtutibus pollet. Quocirca, ingens cum stimulasset me ad eum desiderium, verba ratus ista occasionem esse minime amittendam; profectus sum instar profectionem parantis, ivique versus eum instar propere euntis, donec subsisterem in Fano ejus, locoque cultus divini ejus. Atque ecce! abrupit ipse jam se a sodalium suorum consortione, stetitque in sanctuario suo, & quidem epomide indutus aciculis ligneis connexa, vesteque talari panniculis munita; hinc metui ab eo, sicut metuit, qui ad leones intrat, simul comperi, eum ex eorum esse numero, quibus a prostratione, [1] signum est, in vultibus, impressum. Tunc, peracta corollæ suæ precariæ evolutione, mihi, digito suo indice, salutationem fecit, absque ut ullum proferret verbum: nec de priscis est, nec de novis, contatus. Exin applicans se ad lectiones suas Alcoranicas, me reliquit, de diligentia ejus mirantem, conditionemque eorum, quos Deus ex servis suis dirigit, discupientem: nec desiit esse in devotione, & submissione, et prostratione, et inclinatione, et humiliatione, et supplicatione, donec complete persolvisset quinque *preces,* et hodiernus dies evasisset hesternus. Tunc temporis quidem, regressus mecum est ad tectum suum: verum, ut mihi quid de crustulo suo, et oleo suo, impertiverat, rursum contulit se ad oratorium suum,

|| Quis Abuzeidus ille sit, ut et Harith, cujus mentio initio facta, disce ex Præf. cel. Golii ad 1 Consessum, exstantem in Auctiore Grammatica Erpeniana, ubi simul auctoris ætas, et merita, tibi innotescent.

[1] Fit illud, cum *terra* frequenter *tangitur fronte.*

تهجده بالتسبيح ثم اضطجع ضجعة المستريح وجعل
يرجع بصوت فصيح شعر

18 تهجد Inf. in v. *vigilia: hic, precatio nocturna.*

[19] خل [20] اذكار الاربع والمعهد المرتبع والظاعن المودع
[21] وعد عنه ودع *

19 خل imp. in II. a خلا.
20 اذكار pro اذتكار inf. in VIII.
21 عد imp in II. a عدا.
22 سلفا pro سلف præt. in I, Elif metri ergo additum.

واندب زمانا [22] سلفا سودت فيه الصحفا ولم تزل
معتكفا علي القبيح الشنع *

كم ليلة اودعتها ماثما ابدعتها لشهوة اطعتها
في مرقد ومضجع *

وكم خطا حثثتها في حوبة احدثتها وتوبة نكثتها
لملعب ومرتع *

وكم تجرات علي رب السموات العلي ولم تراقبه ولا
صدقت فيما تدعي *

23 مكر *machinatio, dolus: hic, pœna inexpectata.*

وكم غمطت برة وكم امنت [23] مكرة وكم نبذت امرة
نبذ الحذا المرقع *

atque usque eo mansit, in conversatione Domini sui, seclusus, quoad aurora emicaret: fixa nempe est vigilanti merces, qui sanctificat, post vigiliam suam, Deum. Postea recubuit, quemadmodum recumbere solet quietem captans, et voce diserta modulari cœpit. Carmen.

Omitte domiciliorum memoriam, hospitiorumque vernalium, item digressi cui valedixisti, atque abverte te ab eo, et relinque. ||

Et plange tempus præteritum, in quo [m] Librorum denigrasti paginas, et non destitisti intentus esse ad turpe, fœdum.

Quot noctes sunt, quas consumsisti in criminibus, quæ [n] condidisti præ concupiscentia, cui obsecutus es, quiescendum dum erat, et dormiendum?

Et quot passus sunt, quos promovisti in scelere, quod produxisti, votaque, quæ fregisti, præ ludicro, et luxuria?

Quoties item prorupisti impudenter contra cœlorum celsissimorum Dominum, et non timuisti eum, nec fuisti in eo verax, quod profitebare?

Et quoties exhibuisti te, adversus ejus beneficium, ingratum? et quoties fuisti, metu inexpectatæ ejus vindictæ, vacuus? atque quoties mandatum abjecisti ejus, prout calceus abjicitur vetus?

|| *Abuzeidus* hoc in Carmine seipsum alloquitur.

[m] H. e. tot et tanta commisisti peccata, ut, angeli opera hominum connotantes, integra contra te conscripserint volumina.

[n] *Condere* vel *creare peccata*, est talia committere, qualia nemo.

وكم ركضت في اللعب وفهت عمدا بالكذب ولم
تراع ما يجب من عهده المتبع ❁

فالبس شعار الندم واسكب [24] شابيب الدمع قبل
زوال القدم وقبل سو المصرع ❁

[24] شـابيب pl. a شوبوب *fluxus* ſeu *impetus pluviæ vehementior.*

واخضع خضوع المعترف ولذ ملاذ المقترف واعص
هواك وانحرف عنه انحراف المقلع ❁

‖ الام تسهو وتني ومعظم العمر فني فيما يضر المقتني
ولست بالمرتدع ❁

‖ الام pro الـى مـا

اما تري الشيب وخط وخط في الراس خطط ومن
يلح وخط الشمط بفوده فقد نعي ❁

ويحك يا نفس احرصي علي ارتياد المخلص وطاوعي
واخلصي واستمعي النصح [25] وعي ❁

[25] عي imp. fœm. a وعي.

واعتبري بمن مضي من القرون وانقضي واخشي
مفاجاة القضا وحاذري ان تخدعي ❁

Et quoties provolasti in ludicrum, et protulisti data opera mendacium, nulla præceptorum ejus, quibus omnino obtemperandum erat, cura ductus ?

Indue proin tunicam pœnitentiæ, et nimbos * sanguinis effunde, antequam te pes deficiat, et antequam te pœna prosternat.

* *Sanguis* loco lacrymarum positus granditatem *fletus* signat.

Humilia porro te, ut humiliat se confitens, et confuge ad Deum, ut confugit victum petens, atque repelle concupiscentiam tuam, deflecteque ab ea, ut deflectit rem aversans.

Quamdiu desidebis et torpebis ? etenim major ætatis pars transiit in iis, quæ ea possidenti nocent ; nec tamen caves.

Nonne vides canitiem candentes atris immiscuisse pilos, et lineas in capite duxisse ? at certe illi, qui sparsus tempora canis est, annunciatur mors.

Eja o tu anima mea ! esto diligens in quærendo asylo, et pare Deo, eumque sine hypocrisi cole, et ausculta monito, idque serva.

Et cape ab iis exemplum, qui e seculis emigravere, fatoque sunt functi, atque pertimesce improvisum mortis adventum, ac cave ne decipiare.

وانتهجي سبل الهدي واذكري وشك الردي وان
مثواكِ غدا في قعر لحد بلقع ❁

اهـا له بيت البلي والمنزل القفر الخلا ومورد السفر
الاولي واللاحق المتبع ❁

بيت يري من اودعه قد ضمه واستودعه بعد الفضا
والسعة قيد ثلاث اذرع ❁

[26] لا فـرق ان يحله داهية او ابله او معسر او من له
ملك كملك تبع ❁

[26] لا فرق i. q. لا بد.

وبعده العرض الذي يحوي الحيي والبذي والمبتدي
والمحتذي ومن رعي ومن رعي ❁

فيـا مـفـاز المتقي وربح عبد قد وقي سوء الحساب
الموبق وهول يوم الفزع ❁

ويا خسار من بغي ومن تعدي وطغي وشب نيران
الوغي لمطعم او مطمع ❁

Ambula inſuper per ſemitas recta ducentes, et memento velocitatem exitii, atque quod, tua cras manſio in fundo erit ſepulchri vacui.

Ah! domus eſt illud tritæ ſupellectilis, et hoſpitium deſertum, inane, atque antiquorum viatorum, eoſque ſequentis, poſteuntis, aquarium.

Domus, ab illo cernenda, qui poſitus in ea eſt, puta, quem contraxit in ſe ac recepit, poſt patentem et capacem terræ faciem, trium cubitorum quantitas.

Omnino inhabitare debebit eam, ſive callidus, ſive incallidus, ſive pauper, ſive qui tantis, quantas poſſidebat ‖ Tobbaï, divitiis floret.

‖ Nomen Regis Arabiæ felicis.

Poſtea autem judicium erit extremum, quod comprehendet pudicum et impudicum, auctorem item et imitatorem, nec non eos, qui regunt, quique reguntur.

O itaque felicitatem Deum timentium, eumque colentium lucrum, quippe qui ſervati ſunt a malo examinis perdente, dieique terribilis terrore!

Et o damnum eorum, qui iniqui fuere, et modum exceſſere, et exorbitavere, quique ignes belli accendere, ob edule vel concupiſcibile!

يا من عليه المتكل قد زاد ما بي من وجل لما

اجترحت من زلل في عمري المضيع ❁

فاغفر لعبد مجترم وارحم بكاه المنسجم فانت اولى

من رحم وخير مدعو دعي ❁

قال الراوي فلم يزل يرددها بصوت رقيق [27] ويصلها بزفير وشهيق حتى بكيت لبكا عينيه كما كنت من قبل ابكي عليه ثم برز الى مسجده بوضوء جدده فانطلقت ردفه وصليت مع من صلى خلفه ولما [28] انفض من حضر وتفرقوا شغر بغر اخذ [29] يهينم [30] بدرسه [31] ويسبك يومه في قالب امسه وفي ضمن ذلك يزن اردان الرقوب ويبكي [32] ولا بكا يعقوب حتى استبنت انه قد التحق [33] بالافراد واشرب قلبه هوى الافراد [34] فاخطرت بقلبي عزيمة الارتحال وتخليته للتخلي بتلك الحال فكانه تفرس ما نويت او كوشف بما اخفيت فزفر زفير الاواه ثم قرا فاذا عزمت فتوكل

27 يصلها propr. *conjungebat illa*, fut. in I. a وصل.

28 انفض præt. in VII. *disgregatus, dispersus fuit.*

29 هينم in Specie פיעל *submissa usus est voce, secum est locutus nemine audiente.*

30 درس *pensum lecturæ quotidianum.*

31 يسبك يومه في قالب امسه In rigore: *Liquefaciebat diem suum hodiernum in forma diei sui hesterni.*

32 ولا *et non*, valet hic اكثر من *multo magis.*

33 افراد *Soli, unici, consortium hominum repudiantes, monachi, religiosi, amici Dei.*

34 اخطر in IV. *agitavit volutavitque quid in mente.*

O tu in quo confidendum! enimvero meus in me timor nimium est ingens, propter illas, quas corrasi noxas, in ætate mea deperdita.

Da ergo veniam servo peccatori, et respice misericorditer lacrymas ejus effusas, nam tu omnium es misericordissimus, et omnium, qui rogantur, optimus.

Ait narrator. Neque desiit mœsta hæc voce iterare, cumque gemitu et planctu recitare, usque dum flerem ad oculorum ejus fletum, quemadmodum flebam antea de eo. Egressus dein est in sacrarium suum, aqua ablutus lustrali ad nocturnam precationem suam; atque ego secutus eum sum, cumque iis precatus, qui sunt post eum precati. Ubi vero exiere, qui præsentes erant, et dispersi quoquoversus fuere, occœpit secum, pensum suum quotidianum legere, diemque suam, eodem prorsus modo, quo hesternum consumere. Hoc interim spatio vociferabatur, prout vociferari assolet mulier liberis orba, flebatque multo magis, quam flevit Jacob, ita quidem, ut mihi pro vero constaret, eum jam cum amicis esse Dei conjunctum, corque ejus amore solitudinis repletum. Proin constitui in animo meo iter suscipere, ipsumque, isto in statu, sibi soli relinquere: verum ille, tanquam physiognomon, perspexit quod intendi, aut revelatio est ipsi de eo facta, quod celavi; nam suspiravit, prout, qui

علي الله فاستجلت عند ذلك بصدق [35] المحدثين
وايقنت ان في الامة [36] محدثين ثم دنوت اليه كما
يدنو المصافح وقلت اوصني ايها العبد الصالح فقال
اجعل الموت نصب عينك وهذا فراق بيني وبينك
فودعته وعبراتي يتحدرن من الماقي وزفراتي يتصعدن
من التراقي وكانت هذه خاتمة التلاقي

35 محدث particip. act. in II. *Narrator, relator: res ab hominum oculis remotas edisserens, vates.*

36 محدث particip. pass. in II. *Cui quid narratum, inspiratus, divinitus edoctus, numine afflatus: quicunque infallibilis est opinionis.*

frequenter ah! dicit, ſuſpirat, exin legit: ° *Quod ſi tibi propoſuiſti, confide in Deo.* Quare, per hoc, liberum tuli judicium de veracitate vatum, credidique dari, hac in ſecta, numine afflatos. Inde appropinquavi ad eum, ut ſolet manum manui juncturus, ac dixi: da mihi, o ſancte vir! præceptum. Fige, inquit tum ille, mortem ante oculos tuos, et hæc eſt ſeparatio inter me, interque te. Quapropter vale ei dixi, non ſine lacrymis de hirquis decurrentibus, et ſuſpiriis e faucibus erumpentibus, atque ſic factus eſt colloquii finis.

° Sura III, 160.

SEQUUNTUR

DIALOGI PERSICO-ANGLICI

AB INTERITU VINDICATI.